De aquis ex utero gravidarum et parturientium profluentibus ... / [Friedrich Emil Koenig].

Contributors

Koenig, Friedrich Emil. Böhmer, Philipp Adolph, 1717-1789. Universität Halle-Wittenberg.

Publication/Creation

Halae: Litteris Hendelianis, [1769]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/exyp2hjp

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

AQVIS

EX VTERO GRAVIDARV

ET

PARTVRIENTIVM PROFLVENTIBVS

CONSENSV

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

D. PHILIPPO ADOLPHO BOEHMER

FACULTAT. MED. SENIORE ETC.

PRO

GRADV DOCTORIS

SOLEMNITER CONSEQUENDO

D. XX. OCTOBR. CIDIOCCLXIX.

H. L. Q. S.

PVBLICE DISPVTABIT

AVCTOR

FRIDERICVS AEMILIVS KOENIG

MARBURGO-HASSUS.

HALAE
LITTERIS HENDELIANIS.

7件位下的外的一位,第五五十二 TATION TO THE PARTY OF THE PART THE THE PARTY OF T PAULTE PLUTTER NEW COLUMN TAX EXCLESIONAT LINES FOR DE 公司 其以来并 15年 年 15 CAMPACINATION AND THAT IS THE TAIL OF THE PARTY. THE THE PARTY OF T ALLE OF BUILDING CONTRACTOR Television of the second second second PARTY OF A CUITA OF THE PARTY OF THE **阿多巴人工多个名式的现在分词** THE REST OF THE PARTY OF CHATOMORE VELLINES AND STORMAN THE ASSET OF THE REST

VIRO

PERILLVSTRI, CONSVLTISSIMO CELEBERRIMO,

DOMINO

D. IOANNI TOBIAE CARRACHIO,

FACVLTATIS IVRIDICAE PRAESIDI ORDINARIO,

NEC NON

PROFESSORI IVRIS PRIMARIO,

ACADEMIAE SENIORI ET REGIORVM ALVMNORVM

AEQVE AC

PROVINCIALIVM HALBERSTADIENSIVM EPHORO,

PATRI SVO

OMMI PIETATIS CVLTV AETERNE PROSEQUENDO.

VIRO

AEMILIO LVDOVICO HOMBERGK zu VACH,

IVR. DOCT. ET. PROFESSOR. ORD. IN ACAD. MARBURGENSI.
IN IUDICIO AVLICO A CONSILIIS,

PRO INCIDENTAL MARCAON

TOT ET TANTIS BENEFICIIS

GRATES AGIT PUBLICAS

INQUE AMORIS VERI TESTIMONIVM

CVM ARDENTISSIMO TRANQVILLAE

SENECTVTIS ET OMNIGENAE PROSPERITATIS

VOTO

HANC DISSERTATIONEM INAVGVRALE:

D. D. D.

FRIDERICVS AEMILIVS KOENIG.



INSTITUTI RATIO.

faltent femisac ex cirilm

Non heri aut nudius tertius in scholis medicorum de aquis, sub partu et ante ipsum profluentibus, deque earum fontibus disputari coeptum est; quin potius de veris vetusta testentur monumenta, et de spuriis vestigia praeterito iam seculo reperiantur. Plurimi tamen ab obstetricibus committi solent errores, dum vel ad praematuram, partum accelerandi, confugiunt inuolucri disruptionem, vel veras aquas cum spuriis confundunt, easque a se inuicem distinguere nequeunt. Quod si obstetricum spectemus officium: duplex esse inueniemus; alterum nimirum forense, alterum vero clinicum. Posterius longe

me sil

Ionge excellentius longeque difficilius est, cum in partu hominis ferendo et parientibus auxilio ponatur. Ars itaque longa videtur, eiusque campus diffusus. Quae si et Medici et obstetrices rite perpenderent, haberet sane, de quo gloriari sibi posset Respublica. Sed quantae quaerelae exaudiuntur quotidie! Nascentes imperitis et audacibus traduntur manibus; matres miserae torquentur, lacerantur; funera obstetricum temeritate et inscitia ducuntur; saltem seminae ex earum culpa miseram viuere vitam coguntur, et ad aliam prolem concipiendam plane ineptae redduntur. Quam ob caussam eo maiori cura et sollicitudine annitendum, vt, ad conservationem Reipublicae, malaque auertenda quam plurima, artis fundamenta nobis reddamus cognita; ne narratiunculis decipiamur, sed vt obstetrices, norma ipsis praescripta, qua res suas secundum artis scientiae et conscientiae leges gerere debent, in officio contineantur. Periculum feci, cum dignum existimauerim argumentum baud vulgare, quod accuratius perpenderem, et Specimine hocce solemni, pro summis in scientia medica, more maiorum, legitime obtinendis dignitatibus Doctoralibus paulo penitius euoluerem. Faxit Deus feliciter.

§. I.

Observatio prima.

Observamus, receptaculum istud membranaceum, in quo humor, inque illo soetus continetur, tempore partus rumpi, et disrupta velamenta liquorem profundere, ita, vt sacile sit, nudas partes, quibus soetus in orisicium, et per illud nititur, tactu explorare; rarius vero saccum membranaceum et placentam vna cum soetu, in illo contento, hoc est, integrum ouum excludi.

S. II.

Observatio altera.

Porro notamus, incerto ante partum tempore, ex vtero quarundam grauidarum liquorem sincerum serosum, vel, quamuis rarius, sanguine ex parte remixtum, post fragorem leuem, illumque interne perceptum, copiose et impetuose simul ac semel, quandoque etiam iteratis vicibus, parciori in quantitate essuere, saluis manentibus, soetum obuoluentibus membranis, nullamque inde notabilem orisicii vterini dilatationem, neque ad partum dolores, neque partum ipsum, nisi determinato tempore, sieri.

§. III.

Consectarium.

Factum inde fuit, vt Magistri artis obstetricariae, aquas basce, diuersis temporibus in grauidis et parturientibus profluentes et a se inuicem distinctas, diuiserint in veras et spurias.

§. IV.

Definitiones harum aquarum.

Per veras aquas intelligunt fluidum inter foetum eiusque inuolucrum membranaceum contentum; siue liquorem amnii foetui circumfusum: per spurias autem effluxum liquidi seroso-lymphatici, sanguine nonnumquam mixti, cum foetu tamen proprie haud connexi, ex vtero grauidarum.

6. V.

Oui humani connexio cum interna vteri superficie.

De veris itaque aquis sermonem primum instituentes, earum cognoscere debemus fontes. Quapropter monendum, ouum foecundatum et ad vterum delatum, successiue replere concauam vteri superficiem, et pro eo, ac ouum maturius fit, vasa explicari, totumque turgere humoribus albuminosis atque expandi. Cohaesio a) cognoscitur sub anatome grauidarum, sitque vel contextu simplici, vel villorum ope, qui ex ouo vndiquaque emergunt, et in poros vteri patentes se infinuant, ibidemque adhaerent; vt inde humores vterini in ouum per poros venosos penetrent, et arteriosi perinde in vterum se se exonerent, (vi circulationis sanguinis matris in foetum et vice versa).

Similar State of the Same VI. and

don mandarum decorren Exterior oui membrana dividua.

Exterius vnicum continuum et filamentosum integumentum, quod ouum vtero alligat (§.V.) b) et a quo circa placentae ambitum tenuior distribution, majore ed partium delocate meque excrem pulning basistin constituition

a) Tempus, quo ouum a conceptione ad vterum adhaeret, incertum est. Quum tamen ratione adhaefionis gradualis detur differentia: probabile est, illud, intuitu nutritionis et incrementi, fatis mature, quamuis in principio, ob tenuitatem villorum, qui vasis porisque vterinis inosculantur, cohaerere, cohaefionemque in principio valde esse exiguam. Conf. Perillustris de HALLER Element. Placol. Tom. VIII. pag. 75. 76. Vidit autem in femina, non exiguo a partu tempore, totain vteri caueam chorio adhaerente succinctam, huiusque observationis mentionem fecit in comment. ad BOERHAAVII Fraclection. academ. Tom. V. Part. II. pag. 226. d. ideinque demonstrauit III. PRAESES in vtero humano gravido quinque menfium; interea probabile est, prima fila nuda. suepe sanguine mixta, in vterum radi-. cari et occurrere flocculis in vtero, vbi placenta primum adhaeret, sicuti etiani

in tota oui externa facie, quamuis ravo sub initium, exigni divisi, subdivisi enidentissimi exennt flocculi, plus minus coalescentes, pro vt foetus grande-Scit. Vid. Celeberr. WRISBERG in notis ad ROEDERERI elementa artis obstetriciae not. 34. 35. pag. 33. vero exterior haec oui membrana in principio flocculenta adpareat: in ouo tamen paulo majori totius oui superficies mollis porosa, pulposa, filis breuibus, reticuli ad instar, composita, vasisque, e placenta illam continuantibus, gaudens conspicitur chorionque refert, fine membranam ouuli veram, externe evolutam magis, qua Subnascens, quamuis imperfectior adbuc distinguitur placenta, einsque cum vtevo commercium alitur. Conf. Perill. de HALLER Elem. Physiol. 1. c. pag.

b) Nulla conspicitur vteri pars, quam

chorion non obducat intus-

portio ad concauam eius fuperficiem propagatur, chorion dicitur. Facies exterior constituit flocculentam, vasculoso-celluloso-fungosam chorii substantiam c), versus placentam crassiorem, in plures cellulosas lamellas diukluam, quarumque portiones, in vtero post partum remanentes, cum lochiis excerni solent d). Interior contextu celluloso tenui cum membrana altera, quam Perillustris de HALLER e) mediam dicit, veram, vniuerfum oui ambitum tenentem, albam, opacam, sitam inter chorion reticulatum et amnion, ab aliis vero ad internam chorii leuitatem relatam, cohaeret.

§. VII.

Interior oui membrana.

Amnios est proximum et propius foetus inuolucrum, pellucidum, ouale, tenerius, firmius tamen, membranae chorii seu mediae potius (§. VI.), ope tenerioris contextus cellulofi, contiguum f). Membrana haec intus leuissima, extus subaspera in concauitate placentae rugosa fit, et quamuis in teneriori foetu totum funem contineat, certa tamen distantia in perfecto ad vmbilicum accedit. Vasa sanguifera aegre in illa conspiciuntur; lacteis vero et lymphaticis vti et glandulis destituta est g). S. VIII.

c) NOOKTWYK Anat. vteri bumani granidi pag. 13.

enen The A show & How onnies arein

must take appoint in an

- d) ROEDERERVS 1. c. S. 68. pag. 32. 33. Perillustris de HALLER loc. cit. рад. 186. Ill. de на в N. Rat. med. Part. VI. pag. 29. Lis adhue inter anatomicos est, de vero membranarum ouuli numero. Recte fracicatur Perill. de HALLER, eos, qui chorion intus laeue faciunt, hanc mediam voluisse membranam, 1. c. pag. 188, et sic quoque sentiendum de divisione charii in duas lamellas ad mentem Galeni, tefte HEBENSTREE-TIO, Antropel. pag. 325.
- e) l. c. pag. 147 seq. addirque pag. 189. Eadem est, a qua verifime pla-

- centa nascitur: in vera enim et solida membrana eius lanugo in teneriori embryone prouenit. Nec impossibile est ad mentem Excell. WRISBERGII l. c. not. 34. pag. 33. in tanta obertate humorun gelatinoforum membranas in corpore animali formari posse in lamellas, certe membranis aemulas, cum verius nuperis chorion a muco parum differre vi-
- f) Conf. NOORTWEE L. C. S. 17. pag. 14.
- g) Perillustris de HALLER fusius omnia descripfit Element. Physiol. 1. c. pag. 189 - 192., et, quamuis NOORTwxx neget, vala fanguifera in illa deregi

6

§. VIII.

Proprium vnicuique foetui inuolucrum.

Membranae §. VI. et VII. indicatae proprium foetus constituunt inuolucrum, quum naturaliter quilibet suo in hospitio includatur et contineatur. Quoties plures adsunt foetus, diuersa etiam dantur loculamenta, et placentae, vel cohaerentes et connatae, vel separatae esse possunt; si excipias foetus connatos, qui vnico amnii excipiuntur integumento b).

§. IX.

Liquor amnii.

Foetus continet liquorem ab amnio dictum, sibi circumsusum, quo nunquam interior membranae amnii superficies destituta est. Res communis omnium sententia, tot observationibus et experientia

potuisse, adsirmat tamen Pevillustr. de HALLER, se vidisse semel ramum, ex arteria vmbilicali in amnion exporrectum, s. c. pag. 191. Cum his conferri possunt observationes, quas collegit Comment. ad BOERHAAVII Praelect. acad. Tom. cit. pag. 341. 342. not. k.

b) MANNINGHAM Art. obstetv. comp.
pug. 10. aphor. 2. Gemellis, inquit, singulis suae sunt membranae, neque unquam vtrique idem operimentum sortiuntur, nist, adunatis corporibus, quod
varissime euenit, monstrum siant. Consentiunt deventer Oper. chir. nou.
lum. obstetric. exhibent. P. I. pag. 50.
NOORT WYK cit. loc. pag. 177. HEBENSTREIT Anthropol. forens. pag.
232. Amnion, ait, vnusquisque ex gemellis babet singulum, chorion autem
plerumque vnicum est, ast singulum, si
gemellorum placentae separatae sunt.
Et sic quidem negandum non est, gemel-

los veros, amnio distinctos, distinctas placentas, etfi coalescere possint, habere, vnicoque chorio interdum includi. Vidit enim Ill. PRAESES omnes membranas, cuiuis foetui proprias, in gemelliparis, duasque discretas vesicas cum distinctis placentis; interea BRENDELIVS anno 1735 fecundinas foetuum duorum examinauit, quorum placentae diuerfae, suo quidem chorio circumdatae et, vbi continguae fibi fuerant, connatae erant ligamentis membranaceis, fimilibus fere illorum, quae pulmonem cum pleura iungunt. An ergo haec factam forte superfoetationem probant? Anne potius ad gemellos veros, fimul conceptos, pertinent? Possunt esse gemelli veri maturi, sed non aeque robusti. Neque tamen ex his, neque coalitu externi vtriusque chorii aliquid certi pro affirmanda fuperfoetatione deduci poterit, neque simpliciter adfirmari, illos tantum veros dici posse gemellos, qui in separatis amnii, vnico tamen chorio, eoque communi inuolucro continentur.

quotidiana confirmata satis i). Hinc recte iudicat Excell. WRIS-BERG k): recentissimam Cel. PATVNA observationem, soetus sine inuoluero extra vterum inuenti, cuius placenta intra vterum baerebat, concipi vix posse.

§. X.

Einsdem augmentum et imminutio,

Liquorem bunc pro incremento graviditatis, ratione ad contentum foetum habita, quantitate minui, minorique ratione, ac foetus crescit, augeri, observatur 1). Hinc Perill. de HALLER m) pro ratione qua propior origini suae, etiam vberior est aquula pro proportione foetus, immo abundat in ouo subventaneo et foecundato, in quo vestigia foetus, qui in liquamen abiit, vix cernuntur.

Qualitas.

Tenuis et blandus est n), aqua specifice grauior, aliquid mucidi, plus tamen glutinis et gelatinosi continens, et, quamuis in vo-

lucris

i) Cel. WRISBERG l. c. pag. 32. not. 33. rem per analogiam illustrat. Omnes, affirmat, embryones, qui in vtero materno perfecti baerent, et extra vterum plterius perficiuntur, suis velamentis et quibusdam integumentis includi, ot nunquam nuda corpusculi foctus superficies tangat fuae nativitatis locum, fed embryones bominis et quadrupedum suis velamentis, auium et amphibiorum suis inuolucris, seminaque plantarum suis-membranis inuolui. Pergit eodem. Partum itaque appellari posse putant, dum embryo bominis et foetus quadrupedum vterum maternum egreditur, dum pullus auium atque amphibiorum suam testam derelinquit, dum denique plantae femen suam plumulam atque radiculam emittit.

k) loco citato.

perfecto et imperfecto exquisite determinare haud valemus, cum pro individui et

accidentalium circumstantiarum ratione differre possit. Hinc, partu existente maturo, in quibusdam parturientibus ad vnam alteramue libram profilit; saepius bis terue, observante Ill. PRAESIDE, indicatam quantitatem superanit; in aliis rursus ita consumitur, vt parciflimus humor in partu fuperfit. Quocunque autem modo id fiar: aquae vel excessu, vel defectu, peccare videntur. Posteriori enim casu molesta fit grauiditas, partusque quodammodo laboriofus; priori abundantia humidi mentitur, ratione: expansionis abdominis, statum hydropicum vniuerlalem, vel particularem, motum foetus parceptum obtundit, maiores autem tam tempore graziditatis, quam partus creat molestias. Conf. STVARTI Diff. elegans, quae labor Friedianus effe videtur, de Secundinis nociuis aeque ac salutifevis pag. 60. 62. 63. 64.

m) Elementa physiol. pag. 192?

n) Subsalsus serique lactis band absimilis, ac in nonnullis animalibus subdulcis lucris et quadrupedibus iunioribus limpidissimus appareat, versus tempus partus tamen in homine quodammodo turbidus redditur. Glutinosum et gelatinosum principium probat coagulum o), ad quod pronus est liquor; inde nascitur crusta subpinguis et lubrica, cutem soetus obducens et cuius etiam aliqua in amnii sacie interna similitudo est. Haec ROEDERERO p) caseosa audit vernix, quam tamen Excell. WRISBERG q) pro materia, ipsis soetus rudimentis propria, aut connata, aut ex superficie corporis vbique secreta, habet.

.IX. Q ONGERGER I) Hinc Peris de HALLER m) P

dulcis observatur et confirmatur auctoritate HALLERIANA l. c. pag. 193. 194. Mutatus, inquit, per moram in cadauere et sponte forsan in maturo foetu salsior sit, idem etiam in ouo, et glutinosior, non sine acrimoniae signis, vt digitos obstetricantis exasperet.

- o) Experimenta debent institui in humore recenti animalis viui; quo in statu cogitur ab igne, acri alcohole, alumine, gallarum insusione, nitri spiritu. Cons. Perill. de HALLER l. c. pag. 194; cum per moram e calore alcalescens ac putridus sactus, neque ab igne, neque alcohole, neque spiritu nitri cocat, sed sub ignis tortura hoc in statu spumam agat et silamenta, demumque exsiccatus terram salemque fixum relinguat. IDEM eodem.
 - p) lib. cit. s. 194. pag. 89. Sponte in hoc humore coagula caleosa et massulas pingues nasci, et eiusmodi massulas quoque putrediorem relinquere humorem, docet Perillust. de HALLER l. c. pag. 195.
 - q) In resolutione huius problematis nolo vires meas experiri, cum ad mentem
 Ill. PRAESIDIS vernicem hanc tanquam
 sedimentum humoris agnoscam, siue depositum hoc sua ex indole ob imminutionem
 in relatione ad foetum, siue ex admixtione
 aliarum peregrinarum particularum siat.
 Valida omnino sunt, quae Excell. Dn.

WRISBERG contra hanc fententiam protulit argumenta; interea tamen arbitror, 1) fedimentum hoc a liquore amnii demissum, tamquam corpus specifice leuius, in respecta ad foetum considerandum esse, quod iuxta leges adhaefionis, corpori fpecifice grauiori adhaeret, et tamquam crusta subpinguis, quo totum foetus corpus obducitur, vi principii viscidi glutinosi et gelatinofi in capillata maxime eiufdemque molliori parte facile colligitur et coaceruatur; 2) videtur in recens natis magna huius vernicis adhuc luperesse quan titas, quae partibus foetus adhaerens, non tantum vias transituro foetui hac quoque ex ratione lubricat, et iuxta ROEDERE RVM mobile et periculolarum frictionum immune seruat foetus corpusculum, sec in viuis, intuitu abstersionis necessariae, e vinosa, et saponacea requirit. Neque de ficit in mortuis; fiquidem, teste Perill HALLERO, etiam putridus amni liquo eiusmodi massulas relinquit; quae vero, ol mutatam humoris indolem, tune quider quantitate successive imminuuntur. Hind fi ob stagnationem humidi et calorem loc in diu demortuis foetibus putredo auge tur: resolutio acredinem acuit; massula praecipitatae in motum fluiditatis ex pai te rurfus abripiuntur, et sic quidem nasc tur humor, qui vulneratis partibus in micus fieri potest (per not. n). Ha pinguetudo mucofa, foetus superficient o ducens, impedit transpirationem, et

TRUDE COMES S. UXII. Oddinen

Fontes liquoris amnii.

Sed quales, quaeris, dantur viae secreti huius humoris? Verum est, varias ab auctoribus prolatas este sententias; interea siue a sudore, vrina eiusque cum sudore mixtione, siue sillaticio humore e mammis soetus, saliuali, narium mucoso, siue a gelatina sunis, siue a folliculis vasisque chorii nondum demonstratis lymphaticis, siue ab exhalantibus extremis arteriis originem deducas: obstare tamen videbis constantem experientiam, qua conuincimur, auctam huius liquidi quantitatem in soetu minimo, et imminutam sub soetus augmento naturaliter reperiri (§. X.). Hinc, cum Perill. de HALLER r), humorem hunc perpetuo ab vtero separari, adsirmet, cum BOERHAAVIO s) iudico: in vasculis vterinis aliis praeparari lymphaticam nutritiam materiam, reddique adeo subtilem, quae ex meatibus vteri in poros chorii agatur, in vasis eius exactius mutetur, in amnii canaliculos abeat, ibi vlterius persiciatur, in cauum amnii inssillet.

§. XIII.

Vsus eius tempore graviditatis primarius visus.

Liquorem amnii foetum et continere, et alere, veterum doctrina renouata et ab illustribus auctoribus confirmata est t). Alitur maxime

adsumatur, materiam ex superficie corporis soetus, vnda quasi circumsus, vbique secretam esse: vix concipi poterit, quomodo impuritates eliminatae humori soetus alibili inseruire rursus queant. Tanquam humor connatus et materies, ipsis soetus rudimentis propria, si consideratur: ob indolem eiusdem in primis et vltimis gestationis temporibus mutatam (§. XI.), multum parit difficultatis; res tamen vlteriore scrutinio digna est.

viva Tom. cit. pag. 342, not. 1. vbi, mo-

re solito, hoc est, erudite, fusius omnia prosecutus est.

- pag. 350. pag. 350.
- t) Possem contrarias auctorum celeberrimorum sententias in medium proferre, atque ex eorum sontibus argumenta petere,
 quae desumuntur ab humore amnii non gelatinoso, sed mucoso, vitimis mensibus magis salino, quam subdulci; ab humore ab
 ipso soetu excreto; impossibilitate deglutiB

xime foetus prioibus mensibus, sub vbertate aquarum, quamuis tunc etiam temporis non omne ius sanguini materno per suniculum denegandum; vltimis vero grauiditatis mensibus praecipuum et maius ab vmbilico, quam a liquore amnii, praestatur officium u). Hinc B o E R-HAAVIVS ad succum refert alibilem, et nutritionem primarium eius vsum esse contendit; sicuti nobis quoque videtur.

6. XIV.

Secundarius varius est.

Praeter primarium, quem exferit vsum (§. XIII.), foetum ambit, vt libere crescere seque mouere possit, replet spatium inane, coalitum partium foetus inter se et cum membrana amnii arcet, inseruit vtero dilatando; hinc columnam sistit aqueam, compressam, habentem naturam solidi, qua vteri paries in sphaerae formam distenditur, inque aequali rotunditate conseruatur, ne ille collabescens soetum comprimat; praeterea essicit, vt vterus minus doleat, nimias soetus commotiones v) insringit impeditque, quo minus vel a calcitratione eius, vel

tionis, etfi admittatur, illam vitio quodam fola fieri pressione; ab infantibus ore claufo natis, obefis, vitalibus; ab humore in faucibus, naribus et ventriculo foetus repertis, multum a dicto alibili recedente, et magis mucum, ex folliculis oefophagi, ventriculi et intestinorum separatum, referente; ab exemplis foetuum, qui diu ruptis membranis fuperuixerunt; quantitate humoris relativa, aliisque. Sed cum Perill. de HALLER partim in Comment. ad Praelect. BOERHAAVII Tom. cit. pag. 347 - 358. not. o. partim etiam in Elementis Physiologiae cit. Tom. pag. 201-205. omnia rite ponderando reiecerit :: hisce facile supersedeo, id tamen cum BOER-H A A V 10 Inft. med. S. 682. probabili faltem ratione adfirmans; bumorem amnii a foetu ore hauriri, deglutiri, stomacho baerere, digeri, bile, facco pancreatis, faliua, bumore intestingli subigi - ---

u) Conf. Perillustris de HALLER Elementis Physiol. pag. 205. et in Comment. ad Praelect. BOERHAAVII pag. 357.

a refrecuire wallscope cho

v) Homuncio primis menfibus, mollibus adhuc instructus membris, cum liquore amnii grauitatis specificae est; hinc motus eius et allifio ad parietes vteri percipi nequeunt. Quapropter a primo versus medium gestationis tempus percepto foetus motu male ad vitam foetus concluditur, et de illa iudicatur, immo erronee ab hoc termino incerto calculus grauiditatis ducitur, cum facillime inde confusio inter partum praematurum, maturum tamen, et serotinum, quamuis perfectus nonimestris fit, nasci foleat. Dum vero foetus pondere suo grauior fit, dum firmitate augetur: allisione ad vteri habitaculum facia, matri faepius creat molestias, et teste stvarre so

vel vteri contractione, vel musculorum abdominalium et diaphragmatis actione, vel vi quadam externa laedi possit w).

S. XV. roleb surben

Vtilitas harum aquarum in partu.

In partus negotio aquae formatae optimum, orificium vteri leniter diducendi et segmentum inserius vteri attenuandi, exhibent instrumentum, et sic soetui egressuro viam parant. Aquas formatas dicunt velamenta oui cum liquore, vesicae ad instar, per orificium vteri prominentia. Etenim sub quouis vero ad partum dolore, sundi vterini constrictione, resistentiam ceruicis superante, iuuante voluntaria musculorum abdominalium actione, ouum versus orificium propellitur et vesica intra orificium premitur, illudque dilatando propellitur. Seruat vesica siguram cuneiformem x), ipsaque cunei ad instar orificium vteri mollissime et successiue diducit. Supponit itaque successionem membranarum, ab interna, cui adhaeserunt, vteri superficie; interea sufficientem quoque renisum, ob vim, quam velamenta patiuntur, et modum, quo aquae repletae durescunt. Hinc ratio, cur expansis membranis in partu naturali tangenti digito y) aditus ad soetus

TO, Diff. cit. S. XVI. pag. 63. fugillationem abdominis externe conspicuam inducit. Observauit frequentius Ill. PRAEses sub parciori aqua fortiores foetus agitationes, sub abundantia autem debiliorem impressionem; a foetu vtero inductam; a quo figno grauidae faepius deceptae accufarunt vel debilitatem foetus, vel eius mortem, immo in coniuncto cum grauiditate statu hydropico, certa alias grauiditatis figna, nimirum mammarum intumescentiam cum lympha, lacteis striis distincta, mutatum areolarum colorem et turgescentiam papillarum, nec non motum foetus. in vtero, plane defecisse, singulari quodam didicit exemplo.

- pag. 34. STVARTVS Diff. alleg. §. VIII. pag. 14.
- x) Sermo hic tantum est de forma bullae aqueae in partu naturali, cum in praeternaturali differat pro differentia partis, ante orificium vteri sitae, et praemature in illo aquarum essuus contingere soleat: (per principia artis obstetricariae). Cons. ROEDERERVS l. c. §. 593. E) et §. 6. 14. pag. 256.
- y) Haud excluditur necessitas tactus durantibus doloribus, qui non respectu soetus, quam potius dirigendorum motuum et eo-

tus caput praecludatur. Remittente hac actione et redeunte contractione segmenti inferioris, membranae rursus relaxantur, mollescunt, liquor amnii refunditur, redit quies, et tunc quidem tangenti licet, soetus situm et effectus dolorum, intuitu descensus capitis soetus in peluim, sactaeque orisicii diductionis et attenuationis, rite explorare.

IVX see & optioned to the XVI.

Continuatio. Tomos in the subility

Dolores, frequentia et vehementia increscentes, quales sunt conquassantes, velamenta cum capite soetus per peluim viterius vrgent, vaginae latera distendunt, bulla nonnumquam extra genitalia prominet expansa et perinaeum reprimit 2), continuis sere sub motibus disrumpitur, aqua essluit a), sed non omnis, caput in partu maxime

rum diudicandi effectus institui solet. Sic videmus, tactu tam sub dolorum quam quietis alternatione, debita circumspectione interdum opus esse.

- z) ROEDERERVS 1. c. §. 310. pag. 138. Quoniam foetus, inquit, axin peluis sequitur, versus anum tendit. Dum vero vaginam peragrat, successive parietem eins posteriorem intestinum retum et perinaeum versus os sacrum reprimit.
- Profluentem iusto citius aquam nirroer ates inter mala retulit, dum Coac.
 Praenot. Edit. Foësana Sect. II. n. 536.
 erumpentia, ait, ante partus aquosa,
 mala; et antecedenti n. 513. in muliebribus puryamentis, quae unte partus
 aquosa prodeunt, malum denunciant.
 Foetus enim per sicca veluti loca vigetur;
 transit sub specie solidi, qui prius sub specie suidi transibat; eius membra inaequaliter premunt aut premuntur. Vid. Perill.

de HALLER in Comment. ad Praelect. BOERHAAVII l. c. p. 395. Et, ficuti liquidum fub transitu oni aequaliter vrget, ita disruptis velamentis, caput foetus, etfi naturaliter positum sit, tam pro figurae, quam compressionis varietate experitur vim nitentis folidi, immo orificium vteri vna cum reliquis viis dolorifice magis adficitur. Si caput in progressu ad oram peluis inferiorem spatium peluis ita repleuerit, vt aquae amplius refundi nequeant: tunc manet fub motus quietisque alternatione, faccus durus expansus, excepta aliquali differentia graduali; quo vero cum fragore disrupto, aqua ante foetus caput posita vno impetu profluit. Hus aquas dicunt anteriores, cum retro foetum magna earum retmeatur portio, retinenda omnino pro partu facilitando. Posteriores sequentur, foetu vel ad caput vsque nato, vel toto eius prodeunte corpufculo, haud fincerae tamen, fed cum tai guine mixtae. Quodli fub delcenta veticae in et per peluin facta iam fuerit membranarum difruptio: alia femper

xime naturali mox sequitur; nisi forsan integrum ouum excludatur b).

§. XVII.

Conclusio.

Ex quibus igitur patet, bullam hanc esse optimum instrumentum naturae, quod male lacerant ignarae et temerariae obstetrices c) in partu naturali. Solent enim membranae sua sponte intra vaginam ipsumque os vteri disrumpi: quod a moderatis doloribus tardius sit, citius a praecipitatis: citius etiam cum membranae suerint tenuiores, serius cum B 3

THE COURSESS ABOVE CONSTRUCTION OF ABOVE STANDED SERVICES

demper aquarum posteriorum portio, ab vrina, quae tunc temporis saepius cochleatim profilit, et colore et odore distinguenda, profluit, lubricas ac madidas seruat vias. Aliter res se habet in partu praeternaturali, et naturali difficili, in quo caput totam peluis cauitatem repleuit.

b) Nonnunquam hoc contingit exoptato maxime euentu, quamuis a quibusdam celeberrimis Viris non inter exoptatos referatur partus. Vid. Excell. WRISBER-GII adnot. 71. ad ROEDERERVM S. 186. pag. 86. Prouoco ad experientiam III. PRAESIDIS, et, quamuis id tantum fieri indicet ROEDERERVS, quoties cum ampla pelui partus praematurus infolito impedimento non turbetur: lubens quidem concedo, adarmo tamen, debitis fub requilitis et conditionibus cum respectu foetus, tum peluis, exclusionem totius oui, tempore partus conueniente et maturo fieri, et haud raro fiert, vt integrum excutiatur ouum, absque vllo matris et foetus detrimento. Omne enim metuendum forlan periculum non latet in partu, qua tair, quam potius in neglecta externa circumspectione, quae semper necessaria. Quod enim placentae folutionem attinet, quae hic

supponitur: par ratio mihi videtur proxime naturalis et vulgatissimi partus, in quo vltimo niku aqua exilit, et lecundinae vel sponte foetui succedunt, vel lent funis agitatione extrahuntur. Teste entm ROEDERERO 1. c. pag. 139. S. 313. foetum exclusum placenta mox insequitur. Conf. etiam §. 230. pag. 103. Eiusmodi partus naturalis speciem EVAE contigisle credibile est, eundemque quali communem esse tot gentibus Indis, quibus absque vlla arte obstetricia sanissime parere, familiare est; sicuti id Perilinstris de HALLER variis probauit adductis in Adnotat. ad BOERHAAVIVM Tom. cit. not. aa. pag. 396. observationibus.

c) Vid. Perill. de HALLER in adnotat. ad BOERHAAVIVM l. c. pag. 393. Hinc partus naturalis non turbetur cum naturae opus sit, errore autem obstetricantis peior reddi possit. Consentit Excell. WRISBERG in not. ad ROEDERERVM l. c. pag. 113. not. 86. Magis enim, inquit, partus turbatur committendo, quam omittendo, et obstetricibus nunquam satis inculcari illa regula potest; in partu naturali: NIHIL AGERE.

crassiores. d) Hinc recte iudicat stvartvse): in partu naturali membranas, etiam extra corpus muliebre positas, rumpendas non esse, antequam et caput infantis ad aures vsque editum sit, ne, illis citius discerptis, vaginae vero orisicio nondum sufficienter aperto, caput, vi irruens, et illi, et perinaeo rupturam inducat s).

§. XVIII.

Inuolucra gemellorum pluriumque foetuum in vtero.

Si plures foetus vtero inexistunt, quilibet a suo liquore et inuolucro comprehenditur, (§. VIII.) g) et in gemelliparis obseruamus,
ita sibi inuicem apprimi, vt aequalis maneat vteri extensio; hinc, teste
ROEDERERO b), frustra apud cunstas gravidas, quae gemellos gerunt,

d) ROEDERERVS 1. S. 186. pag. 87. et S. 241. pag. 109. Dum laudatus Vir loco citato meminit crassorum et tenuium integumentorum; in mentem mihi incidit aphorifinus MANNINGHAMI lib. cit. pag. 10. Membranae aeque crassiores nempe infantem in exitu remorantur, tenuiores prius ruptae, quam os vteri fatis dilatetur, bumorum inopem derelinquunt. Negari non potest, inuolucra plus minus crassiora este posse; male vero vel in tenuitate vel crassitie rationem partus praeternaturalis quaesiuerunt vete-Neque enim, fi ad illorum mentem membranae iusto crassiores sint, detrimentum, quam vtilitatem potius adferre poffunt; quum difficilius rumpantur, vi motuum eo magis propellantur, partes omnes dilatent, sicque partum non retardent, sed potius iuuent. Contrarium vtique de tenuibus, si dentur, sentiendum.

e) Diff. cit. S. XV. pag. 60. 61.

f) ROEDERERVS S. 341. probe monet; in partu naturali difficili, etsi etiam diutius protrabatur, pro co accelerando velamenta non rumpenda ef
se. Quum vero constet, velamenta incerto tempore rupta, amnii liquorem profundere: in casu optimae partus speciei
concedit velamentorum solutionem, vbi
scilicet totum vteri orificium diductum est,
caput soetus vaginae ostium replet, et velamenta e genitalibus promineant expansa; et Excell- wrisberg vesicam, dimidiam partem extra genitalia prominentem, cessantibus doloribus, dilacerare iubet.

g) Tres foetus perfectos, viuentes, naturaliter interuallo duarum horarum a primipara cum distinctis, quamuis minoribus, placentis exclusos, observauit Illustr. PRAESES, ficuti et. MAVRICEAV Obser. 146. nec non E. N. C. Dec. III. a. 7. 8. Obser. 45. descripserunt; a quibus tamen differt observatio, a mottio Traité des acouchemens Obser. CCXLIII. pag. 530. 531. facta.

b) l. c. S. 284. Signa a STVARTO Diff. cit. J. IX. pag. 49. adducta fallere recte animaduertit ROEBERERVS l. c. S. pochondriorum regionem eminentes, quaeruntur. Partu prioris absoluto, ex duritie eminentis abdominis minus consueta i), et aquis de nouo formatis, inque ergastulo sese mouente soetu, exploratu facili, certitudinem euincimus. Potest hoc in casu huius partus eadem ratione,
ac prioris, absolui, vel non. Priori modo bulla distenditur et ante
capitis exitum disrumpitur. Posteriori vero obstetricans de certitudine alterius conuictus, negotium naturae haud commitit, sed, si adsit
situs iniquus, vel necessitas intuitu matris soetusque vrgeat k), sine mora
membranus lacerare, soetumque in pedes dirigere, eundem iuxta regulas artis extrahere, matremque a secundinis, plerumque cohaerentitus, liberare et curam vteri habere tenetur l).

§. XIX.

Pro partu accelerando nonnunquam velamenta rumpenda sunt.

Longe alia est ratio aquarum, in partu praeternaturali, difficili aturali, praematuro et abortu profluere solitarum, vel si instituenda peratio artificialem exposcat membranarum aperturam partusque acelerationem. Dissulta autem nimis sorem in exponendis iis, quae ratiote caussarum, prognoseos et necessitatis, huc spectare videntur; quaproter id ingenere tantum moneo: in partu cum lethisera sanguinis per
verum

oz - 705. pag. 284 - 285. Hinc foeuum numerus ante partum dubie conoscitur. IDEM S. 70.

- i) ROEDERERVS 1. c. S. 319. pag. 43.
- k) IDEM S. 712. pag. 287. STVARvs S. IX. Viginti quatuor horarum patio post partum naturalem prioris foeus, alterum, membranis suis inclusum et aduc viuum, vna cum secundinis adhaerentius ex vtero primiparae eduxit IM. PRAE-
- ses. Auxilium eius requirebatur ob relictas in vtero secundinas, cum mater, inscia, se adhuc soetum in vtero gerere, imperitae obstetricis manibus se committere noluerit.
- 1) Quod si prior soetus oblique situs sit: caue, ne sub versione alterius membranas laedas et membra confundendo partum multo difficiliorem reddas. Vid. ROEDERERVS 1. c. s. 710. pay. 286. MAURI CEAU Traite des Maladies des femmes grosses pag. 326. 327.

vterum profusione coniuncto, et praecipue, si placenta orisicio vteri adhaereat, ad saluandam et matris et soetus vitam, citissimam requiri opem, quae in eo consistit, vt absque habito respectu ad situm soetus, etsi etiam naturaliter positus sit, et axi peluis respondeat, quam citissime integras adhuc membranas vel digitis, vel instrumento aperiamus, foetumque aquis suis adhuc circumsus prehensis pedibus, dextre educamus, vterum a secundinis et impuritatibus liberemus, et pro sistendo suxu ad constrictionem disponamus m).

residential fraction because in the second training of the second of the

Aquae Spuriae.

Aquis veris, siue liquori, soetui in membranis circumsuso, opponuutur spuriae (§. IV.) et germanice dicuntur wilde Wasser n). Has cum veris frequentissime confundi observabis. Pertinent ad illarum historiam o).

- I. ea, quae continentur §. II.;
- II. ab his orificium non amplius reddi, quam vt minimum admittat digitum p);
- III. post essum vterum quodammodo constringi, et volumen abdominis ex parte imminui;

IV. post

m) Praeter MAURICEUM et : OTTIUM aliosque conf. STV-ARTVS Diff.
eit. f. V. VI. pag. 36—42. et Perillustris
VAN SWIETEN Comment. in aphorismos BOERHAAVII Tom. IV. pag.
507 seqq. quamuis laudatum pag. 509.
praesidium, membranas, aquas continentes,
eam ob caussam rumpendas esse, iudicet,
vt detur maior sacilitas contractioni vteri:
vt plurimum tamen insufficiens et tantum temporarium esse, experientia consirmat.

- n) Ita vocauit illas HILSCHERVS de impedimento partus.
- o) Hanc fideliter tradunt STVARTVI Diss.cit. S. XVII. pag. 65. et Clar. D. G. A. FRIEDIVS, Medicinae vt et artis obstetricariae Practicus apud Argentinenses feli cissimus, in primis lineis artis obstetrica riae in vsum praelectionum nuper edi tis pag. 47.
 - P) RORDERERVS 1. c. S. 190. pag. 88

IV. Post illarum euacuationem q) nixum sere nullum sequi, sed foetum ad tempus persectionis in vtero saluum remanentem, demum, aquis rite formatis et membranis disruptis, iusto excludi tempore.

§. XXI. Consectarium.

Me

Exinde patet, aquas sic dictas spurias, cum liquore amnii haud connexas r) (§. IV.), neque perpetuas (§. II.), non constituere essentialem sed accidentalem tantum, si adsint, vteri grauidi partem.

§. XXII.

Origo aquarum spuriarum non plane ignoratur.

Insolitus hicce status, a naturali recedens, habet omnino rationes sufficientes, quas nisi vere, probabili tamen ratiocinio eruere possumus;

q) Tertio et dimidio a conceptione mense praeterlapso, profluxas subito sub fomno aquas, subsequentibus postea doloribus, metum abortus inducentibus, et quarto die rurfus recurrentes, cum parua quantitate languinis absque notabili orificii vterini diductione, sed determinato tempore viuo in lucem edito foetu, notauit MAURICEAU Obser. LX. pag. 51. 52. Qua ex observatione didicit, metum abortus este inanem, si sub eiusmodi statu orificium vteri parum immutatum, sed post aquarum effluxum constrictum claufumque maneat. Ab EODEM iterata et per interualla ad quintum víque grauiditatis menfem continuans aquarum spuriarum effutio, absque vllo grauidae foetusque danino, indicata fuit Observat. CXIII. pag. 92. 93. vti et sex ante partum hebdomadibus Obfer. X!X. pag. 17. nec non Obser. CXLVIII. pag. 117. Confératur quoque KRAMERVS Commerc. litt. Norinberg. 1736. bebd. 36. Pariter meminit laudatus

antea MAURICEAU Obser. DCLI. pag. 502. felicis partus, quamuis aliquot ante illum diebus absque doloribus infignis aquafpuriarum profluxerit quantitas. Quarto sextoque absque dolore profusas aquas spurias descripsit MOTTIVS l. c. pag. 550. De fimilibus, septimo mense obferuatis, legantur E. N. C. Dec. n. a. 7. Obf. 100. Ill. PRAESES in granida quinque menfium, a leni abdomini inflicta contufione, post perceptum fragorem eumque internum, larga quantitate fubito et femel profusas vidit aquas, easque sponte in alia quindecim ante partum diebus prorumpentes observauit; integris manentibus foetum inuoluentibus membranis, et feruato in binis iusto partus termino. Poffem, fi vellem, aliorum adiicere testimonia; sed haec fufficiant.

tutum viuere non posse, in antecedentibus iam demonstratum fuit. Conf. §. §. XIII. XIV.

AIV

fumus; hinc, quamuis hac in re non consentientem habeam ROEDE-RERVM s), adfirmo tamen, originem aquarum spuriarum non plane ignorari.

§. XXIII.

Variae inde proponuntur hypotheses.

Hydatides, quas R V Y S C H I V S dicit vesiculas aut ampullulas aquosas, e pedunculis dependentes, sicuti in variis internis partibus, ita etiam in vtero generantur, ibidemque a compressione vteri, extensione eius tempore grauiditatis motuque soetus patiuntur iniurias. Quapropter etiam sieri potest, vt vel ab internis vteri hydatidibus, vel circa ceruicem t) eius enatis et disruptis, aquae spuriae originem ducere possint. Simili ratione concludo ad hydropem vteri. Quemadmodum enim a congerie hydatidum, praesertim sacco inclusarum, hydrops sic dictus saccatus vteri oritur, ita, si ab illo aquas spurias tempore grauiditatis prouenire posse adsirmes, nec rationi nec experientiae contrariatur u). Quod vero vasa lymphatica, quae disrupta accusantur, attinet: haec in brutis quidem visu facilia sunt, rarius autem in vtero humano deteguntur v), neque cum fragore percipien-

s) loco citato f. 191. pag. 88.

- Hydatides vero a sic dicto ouario NABOTHE distinguendas esse, nixus santorini et morgan vesiculas, ad sic dictum ouarium pertinentes, lympha viscida, siue muco lento, pellucido tamen, plenas mutari posse, et interdum hydatidum naturam induere.
- u) Vid. MAVRICEAU Obser. CCIX.
 pag. 175. 176. RVYSCHEVS Obser. anat.
 chirurg. Obser. XXXVII. XLVI. Ill.
 FRAESES Fasc. alter. Observat. anatom. rarior. n. g. pag. XXXVI, XXXVII.

Hydatides saepissime extrema valorum mutata indicare, monuit cit. PRAESES Obferu. IV. pag. VI. IDEM vidit insignem hydatidum numerum, diuersae magnitudinis siguraeque oualis, ex vtero septuagenariae, racemorum ad instar, intra labia propendentium. Hydatis a conceptu deiesta recensetur Breslauische Samlung 1725. M. Nouembr.

v) Conf. Perill. de HALLER in Adnot. ad BOERHAAVIVM cit. Tom, not.
f. pag. 37. Quamuis autem valde obseura
fint, lymphaticorum tamen inter alios meminit Cel. MORGAGNVS Aduers. anat.
IV. pag. 76. Vbi: ante annos fere duodecim in Veneta Puerpera et vidi ipse,

do rumpuntur, neque tantam fluidi quantitatem simul et semel emittere valent, quantam sub essluxu aquarum spuriarum perhibent seduli naturae Observatores (§. XX.).

S: XXIV.

Plures adhuc recensentur.

De ouis subuentaneis non est, cur dubites, cum aqua abundent, et plures historiae m) ouorum de vtero excussorum prostent, eaque subuentanea sint, quae vel in virginibus pollutionum more, ad cogitationes libidinosas excluduntur, vel ad inutilia referuntur, quorum soetus casu aliquo periit. Hinc etiam Roeder Rrrrr (vs. x) vas lymphaticum, inquit, ruptus velamentorum bydrops, ouum subuentaneum ruptum, forsan ad verum accedunt, cum allantois rupta y), transfudatio per membranas, membranarum rima z), nequeant probari; C 2

et iis, qui sectioni aderant, Amicis do-Etissimis ostendi vasa symphatica, turgentia admodum, atque adeo satis superque conspicua, quae sub exteriore tunica vteri prope osculi regionem manisestissime reptabant.

- ment. ad BOERHAAVII Praelectiones. T. cit. pag. 150 et 197 seqq. Analogiam videmus in auibus et gallinis, quae saepe oua inania ponunt, et, vt theam BRENDELIANAS observationes, laudatus antea Vir Elem. Physiol. Tom. cit. pag. 65. 66. in bomine, ait, minime rarum est, et ipse vidi aliquoties, edi oua aut in vtero reperiri simillima verorum ouorum, in quibus membrana sit, villos vndique explicans et humor, praeterea vero nullum embryonis vestigium.
 - A) ROEDERERVS l. c. S. 191. p. 88.

- y) De allantoide humana adhuc dubitatur, et plurimae vbique sunt tenebrae. Conf. III. PRAES. Programma de vracho humano ad Diff. de ouo humano foecundato, et quae continentur in HALLERIANIS Elementis Phys. Tom. [cit. pag. 207—213.
- 2) Quod si quidam adsirment, aquas, quibus foetus innatat, ipsasmet esse, atque a membranis, easdem cingentibus, caussa quadam interna, qualem adduxit MAVRICEAV Obs. L. pag. 44. et DCXI. pag. 502. superne disruptis prouenire: nulla internaquas veras et spurias intercederet differentia, huicque sententiae quam maxime obstaret, ordinarie nullos harum aquarum essum praecedere aut sequi nixus, sed insto tempore partus verarum aquarum essum cum veris ad vterum directis mostibus contingere (§. XX.).

hat regar file sproelliers inche destant

nisi forsan assumas, inter chorion et mediam membranam (§. VI.) aquam vitiose collectam, exitum quaesiuisse a).

§. XXV.

Observatio et sententia Friediana.

Quibus omnibus rite pensitatis iudicandum, aquas spurias ab hydrope faccato et ouo subuentaneo, missis reliquis, repeti quidem posse (per anteced.); meretur tamen prae aliis fingularis FRIEDII, Venerandi Parentis, observatio attentionem. Vtar verbis, quibus s T V A R-Tvs β) mentem Observatoris expressit. , Veritati proximius accedunt villi, qui placentam taliusmodi grauidae post partum eius extractam, Mollicite inspicientes, et illam massam quandam carneo-spongiosam, inoformem, a placenta vera interstitio membranoso separatam, adhaerentem habere videntes, perhibent, mulierem grauiditatem conceptione gemellorum iniuisse, horum vnum iuxta naturae leges accreuisse, "alterum vero in conceptionis primordiis vitam, casu nescio quo, fini-"uisse, placentam vero huius aeque ac membranas rite substitisse, illam placentae alterius foetus fuis radicibus sparsis adhaesisse, has vero serum, a vasis lymphaticis depluens et foetus mortui stamina tempo-"ristractu soluens recepisse, ac durante grauiditate, ad vltimum vsque "eius mensem conseruasse, tunc vero alterum foetum robustum ac varie "sese mouentem illas membranas, aquis plenas, ad hunc vel illum "marginem offis peluis tanta vi impegisse, vt hae vlterius resistere ne-"sciae, sed cum fragore dissilientes, illas per orificium vteri, aliquatenus iam hians, impetuose simul ac semel effuderint.

§. XXVI.

no fairque tentenciae quem maxime disa) RVYSCHIVS Thef. anat. X. No. CLV. pag. 33. Dinisio, inquit, membranae chorii in duas lamellas aliquando corpore vino fit, nempe cum bumer in amnio contentus ex parte stillauerit, aut viam sibi quaesiuerit inter dictam

face of distingua processes and the second

equal state at laures introduced in 1879; Copa

duplicaturam, et tunc bini liquores in partu erumpunt, id quod forfan erroris canssam dedit illis, qui tertiam et allantoideam membranam fatuunt in corpore bumano -(B) Diff. cit. f. XVII. pag. 65. 66.

BY THE PARTY OF THE

§. XXVI.

Confirmatio huius observationis.

Mentem auctoris illustrant observationes Ill. PRAESIDIS, quas adduxi not. q. ad §. XX; quibus tamen addo, ILLVM sub accurationi scrutinio binarum secundinarum; post partum exclusarum, inuenisse:

I. irregularem et a naturali forma recedentem earum figuram,

II. in qualibet placenta, more cotyledonum, secundinis veris minorem adhaesisse similis substantiae portionem, interstitio membranaceo separatam, et

III. laceras membranas separatim maiori minorique placentae, sic dictae accessoriae, circumferentiae adhaerentes, in duas com-

mode diuidi potuisse lamellas.

Quare exinde probabili ratione deduxit, his in subiectis

a) factam fuisse sub initio gemellorum conceptionem,

b) gemellos mediante interstitio membranaceo concretas habuisse placentas,

c) vnum ex his vna cum secundinis ad debitum gradum exten-

fionis et perfectionis peruenisse,

d) alterum vero prioribus mensibus in vtero extinctum inque aquis suis solutum suisse, auctas vero aquas, ob rationes tam connexionis interstitio membranaceo diuisarum, vtero adhaerentium placentae portionum, quam legum secretionis liquoris amnii (§.X.),

e) demum vero oua haec quasi inania a caussis diuersis, tam externis, quam internis, vehementioribusque inde excitatis soetuum commotionibus disrumpi subitaneasque aquarum eua-

cuationes accidere potnisse.

§. XXVII.

Quid post eruptionem aquarum spuriarum in gravidis observandum.

Quod si igitur inexpectatus eiusmodi aquarum in grauidis, dierso gestationis tempore, contingat essuxus: caueant sibi obstetricantes, ne illas pro veris agnoscant, neque gravidas ad partum cogant, aut ad nixus edendos excitent, neque fic dicta vterina pellentia, more consueto, exhibeant, neque externa tonica in auxilium ducant, sed, si estluxas constrictio vteri et desectus motuum aquas spurias consirmauerint, quietem animi et corporis cum conueniente diaeta, iunctisque temperantibus, ac pro rei necessitate, abstergentibus balsamicis vterinis suadeant seduloque commendent y). Quamuis enim verum sit, grauidas vtplurimum praeter inanem inopinati et difficilis partus metum damna pati nulla (per observationes): notandum tamen, aquarum spuriarum profluxum tunc quidem vtero notabilem inferre posse mutationem, quando nimia eius quantitas subito profusa suerit, et, licet etiam in plurimis effluxum harum aquarum haud sequatur abortus, vel partus praematurus d): non omni tamen carere videntur periculo; cum vterum ad validam constrictionem disponere possint s). Quo itaque in casu, si plethora eaque commota adsit, praeter indicata curandum, vi sufficiente in brachio instituta venaesectione adhibitisque temperantibus, sub conueniente vitae regimine, mala extimescenda auertantur. fronts et pertectionis persienale,

7) Conf. STVARTVS l. c. et RGEDE- maturement et causent ordinairement RERVS l. c. S. 192. pag. 89.

8) MAVRICEAV l. c. Obs. L. pag. 48.

vbi inter alia inquit: Ces sortes d'ecoulemens d'eaux, qui arrivent ainsi prepag. 89.



the order being elumned agention in great

wises like idit medende kalaplita teggilmida yanggapa ting

duoris aman

FRIDERICO AEMILIO KOENIG MEDICINAE CANDIDATO

Sufficient bace, ut find us Anderine mean applanter.

IOANNES TOBIAS CARRACH ICTVS,

POTENTISSIMO PORVSSOR. REGIA CONSIL. INTIM.

REGIAE FRIDERICIANAE DIRECTOR

FACULT. IVRID. PRAESES ORDINARIVS.

Craticles bosieres Bostorales Trusta granigla Ecculture Island In

exiler is in an a director. In a grander it is a specifical and Me

Ludicabunt forfan nonnulli bane vitrici gratulationem TIBI parum suspicatam: vix enim sinistri quid prinignis obnenire potest, quod sulgus et iuris, maxime Romani, conditores in vitricorum non reerant rationes. Sed salua res est. Equidem borum argutias alia xaminabo occasione. Contra reliquorum vero reprebensionem instar latii est, quod de nouercis, licet saepe non minus iniuste, aeque maignum, imo malignius ferant iudicium: nondum enim in fabulam biit, vt tempora, quae ab hominibus accusantur, vti nouercantia icuntur, ita et, sit venia verbo, vitricantia audiant. Sed ad mais seria. Et TIBI et aliis buius vrbis ciuibus, non latet, qualem me efferim ex eo tempore, quo cum matre TVA in rem meam familiam transissi paruulus per tredecim annos mea vsus educatione, eo inus lucrosa mibi, que minus vel obulus saltem ex bonis beati TVI

patris meo cessit commodo. Possem plura addere; nisi tritum illua fugerem: beneficiorum commemoratio est ingruti animi exprobratio

Sufficiant baec, vt sincerus indicetur meus applausus. Ex an mo TIBI ergo gratulor curriculum studii Medici academicum tot v vis Pevillustribus, Illustribus, Excellentissimis, Consultissimis, Expe rientissimis, imprimis Büchnero, Boehmero, Iunckero, Eberhardte aliis, facem praeferentibus; examinaque CANDIDATORVM exacti Gratulor bonores Doctorales TIBI a gratiosa Facultate Medica R giae Fridericianae decretos. Imo gratulor TIBI spartam ad Mi gnifici et Illustris Domini Iunckeri praes. tempore Academiae Regio buius Fridericianae Pro Rectoris commendationem delatam, Deumqu Optimum Maximum precor, vt in posterum quoque consiliis ita adel velit Tuis, quo omnia in Sui gloriam, TV AM proximique saluten MATRIS TVAE, maxime si fatis concesserim, solatium, familiaequ cedant Splendorem. Quod religuum est, me semper babebis salut TVAE cupidissimum. Vale. Dab. Halae Magdeburgicae die XV Octobris A. O. R. CIDIDCCLXIX.

STORY OF THE SECTION OF THE SECTION

CONTRACTOR OF THE PROPERTY OF

Committee the state our states and our states and the states and t

which then an inches the head to be decided on the section of the

a reconstitute parameter per treducins enter med tifus educations.

PRAENOBILISSIMO ATQUE PRAECLARE DOCTO

DOMINO CANDIDATO,

\$.

PRAESES.

Quum a primis aetatis annis Diuinae Artis fundamenta in bac Mufarum Sede posueris, insuperque Berolini ea, quae ad solidiorem stru-Eturae corporis bumani cognitionem, et ad auxilium, miseris parturientibus ferendum, pertinent, eo successu perfeceris, vt tandem maturis studiis summis Artis Proceribus TE illum probaueris, qui laurea Apollinea condecorari meretur; quo praeclara cum laudabili industria et morum probitate acquisitorum profectuum patriae reddere possis documenta: valdopere gaudeo, felicem TIBI aliisque illuxisse diem, in quo promeritos Honores, ab inclyto gratioso Ordine decretos, praemii loco, TIBI conferre queam. Magna mibi et praeclara de TE promisi, cum ex amica T V A consuedine, (nam inter primos iuuentutis charus misi semper fuisti) viderim, TE singularem in actionibus alacritatem et in discendis quasi impetum ostendisse, ita prorsus, vt freno magis, quam stimulo opus babueris. Quum itaque nobilis genere, felix fortuna, animoque supra plebeios erecto cathedram nunc adscendis, quo TVA TE virtus euocat: parem TE quoque in defendendo exhibito Specimine iis oftende, qui celebritate eminent.

D

fecisti iam Celeberrimis TVIS Praeceptoribus in vtroque examine. Satisfecisti etiam magnae illi spei, quam de TE conceperunt omnes, quibus in recenti memoria, quanta cura, quantoque Patrio amore Perillustris Dominus Vitricus, quem bonoris caussa nomino, Venerandus Fridericianae Senior, TE prosequutus sit, et quam sollicitus semper suerit, vt, cum Medicum eruditum faciat omnium cognitio, ea, quae indissolubili nexu cobaerent, principe instituto addiscerentur.

Persuasus igitur sum, TE lauream supremam ita ornaturum, vt eandem summa cum laude tueri semper possis. Gratulor itaque TIBI, DIGNISSIME CANDIDATE, de laboribus academicis, ad felicem sinem perductis deque promeritis in Medicina Honoribus. Gratulor ILLVSTRIBVS PARENTIBVS et SPLENDIDAE GENTI CARRACHIANAE de silio optimo et erudito. Gratulor denique Patriae de practico felicissimo, quem singularis Aesculapii fauor promittit. Indulgeat Supremum Numen conatibus TVIS, in posterum suscipiendis, resque omnes peragendas prospere semper euenire iubeat. Praesertim vero TE, in in spem Patriae, ILLVSTRIVM PARENTVM, nec non Reipublicae Medicae ornamentum natum, saluum sospitemque seruet quam diutissime, TVAque in artis exercitic consilia omni benedictionum genere secundet clementissime. Vale Dabam Halae die XVI. Octobr. CIDIDCCLXIX.

the first of the f

and the court of the contract of the contract

the tellistic structure of the property of the state of t

to the given to be bounded and an armount. - + Louis-

the me was the and the wife and a few ments

PRAENOBILISSIMO

ATQVE

SVMMORVM IN ARTE SALVTARI HONORVM

CANDIDATO DIGNISSIMO FRATRI SVO DILECTSISSIMO

S. P. D.

H. I. O. K O E N I G,

Non consuetudine quadam aut scribendi pruritu factum est, vo basce litteras scriptioni TVAE inaugurali annexas esse velim: tenerrimus potius, quo erga TE ducor, animi affectus boc tempore TIBI solemni me silere non sinit. Non equidem est, nec mearum partium effe debet, vt in laudes TVAS prolixe excurram: verendum enim mibi effet, ne multis encomiis TIBI molestum me potius quam gratum exhibeam. Meum est, vt TIBI summam in arte salutari dignitatem, qua propediem exornaberis, ex animo gratuler. Faxit SVPREMVM, quod regit omnia, NVMEN, vt omnia TIBI ex voto cedant: Saluum et incolumem TE seruet ad Nestorios vsque annos! Vale meque amare non intermitte. Dab. Halae Magdeburgicae die XIV. Octobr. A. O. R. clolocc LXIX.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

K O E N I G

S. P. D.

IOANNES HENRICVS PICHT, M. C.

Adeptus es tandem, amice! quod iam diu iure tvo speraueras, diligentiae et bonae mentis praemium, quo te non ad inanem gloriame
captandam, sed in tvvm et in Reipublicae emolumentum vsurum esse,
certissime scio. Sed, quum iam in eo sis, vt patria ora, et me,
tvi studiosissimum, relinquas, meum est, tibi hinc prosiciscenti, selicissimum omnium tvorvm conatuum euentum a Summo Numine expetere, et vt me tvae memoriae, tvae beneuolentiae habeas commendatissimum, etiam atque etiam rogare. Ita vale, amicorvm dvicissime! resque tvas age seliciter! Halae, die XX. Octobris
mdcclxix.